In nomine domini Amen. Cum donacones vendicones resignacones obligacones empcones qualescumque non possunt obtinere robur perpetue firmitatis nisi sollemp
in titulo literarum et annotacone testium fuerint roborate. Ergo nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum
deducimus per presentes et publice declaramus. Quod venientes ad nostram et nostrorum baronum presenciam. Sub anno nativitatis domini M° CCC° xxx° octavo In octava beati
Stanislai discrete mulieres domine et heredes de Breze villa sic dicta videlicet Visenega et Stanislaua non coacte nec compulse aut per aliquem errorem seducte sed
de bona deliberacione virorum maturo consilio amicorum suorum dederunt donaverunt assignaverunt et resignaverunt Felicie nepti earum uxori prudenti viri Nicolai dicti
de Thopola partem hereditatis que ipsas contingit in Breze ex paterna successione tenendam habendam et possidendam et progenitoribus eius legitimum racione dotalicii
in quinquaginta marcas grossorum prout dicta pars earum est in suis terminis limitata ita tamen quod exnunc dicta Felicia debet se intromittere de medietate dicte hereditatis
sibi assignate aliam vero medietatem predicte domine Visenega et Stanislaua usque ad ipsa vite earum pacifice possidebunt et post decessum earum de hoc seculo tunc dicta domina Fe
licia de eadem parte se exintegro intromittet in perpetuumque possidebit et sui progenitores. Hoc adiecto et prout consuetudo in partibus Polonie hactenus observat
quod si est aliquis propinquior ad dictam hereditatem obtinendam possit eandem redimere in dictis quinquaginta marcis grossorum. Nos vero ex consilio baronum nostrorum statuimus
terminum infra spacium unius anni si esset aliquis propinquior ad dictam hereditatem ipsam redimat in dictis quinquaginta marcis grossorum. Uno anno elapso et termino prenotato assigna
to ad redimendam dictam hereditatem propinquiori si esset aliquis. Et ad hoc duobus annis subsequentibus elapsis veniens ad nostram et nostrorum baronum presenciam predictus
Nicolaus de Thopola cum [illegible] est nobis humiliter supplicavit ut dictam assignacionem et resignacionem dicte hereditatis uxori sue predicte Lucide factam dignaremur nostro
sigillo et appensione nostri regio confirmare. Cum nullus predictam hereditatem redemerit in dictis quinquaginta marcis grossorum infra tempus premissum. Unde nos supplicacionibus pre
dictarum dominarum Visenege et Stanislaue. Necnon Nicolai de Thopola acclinati considerantes eciam quod nullus est propinquior ad dictam hereditatem tenendam eciam ipsam ad
redimere in tam prolixo tempore nisi ipsa Felicia et sui progenitores predictam donacionem resignacionem et assignacionem predicte domine Lucide factam ratam et gratam
habentes predicto Nicolao et uxori sue ac progenitoribus eorum tenendam habendam et possidendam perpetuis temporibus presentibus confirmamus et appensione nostri sigilli regalis
roboramus. Datum et actum in Wislicia die dominica post octavam beati Adalberti. Sub anno nativitatis domini M°. CCC°. quadragesimo. primo. Presentibus Nobilibus
viris dominis [illegible] castellano [illegible] palatino Sandomiriensi [illegible] palatino [illegible] castellano Sandomiriensi, Andrea Radomiensi et Warsio



In nomine domini Amen. Cum donaciones vendiciones resignaciones obligaciones empciones qualescumque non possunt obtinere robur perpetue firmitatis nisi sollemp-
in titulo litterarum et annotacione testium fuerint roborate. Eapropter nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum
deducimus per presentes et publice declaramus quod venientes ad nostram in nostrorum baronum presenciam sub anno nativitatis domini M° CCC° XXX° octavo in octava beati
Stanislai discrete mulieres domine et heredes de Brzeze villa sic dicta videlicet Wisenega et Stanislaua non coacte nec compulse aut per aliquem errorem seducte sed
de bona deliberacione huiusmodi maturo consilio amicorum ipsarum dederunt donaverunt assignaverunt et resignaverunt Felicie nepti ipsarum uxori prudentis viri Nicolay dicti
de Thopola partem hereditatis que ipsas contingit in Brzeze ex paterna successione tenendam habendam et possidendam et progenitoribus eius legittimi thori nomine dotalicii
in quinquaginta marcis grossorum prout dicta pecunia ipsarum est minus terminis limitata ita tamen quod eximit dicta Felicia debet se intromittere de medietate dicte hereditatis
sibi assignate aliam vero medietatem predicte domine Wisenega et Stanislaua usque ad ipsarum vite ipsarum pacifice possidebunt et post decessum ipsarum de hoc seculo tunc dicta domina Fe-
licia de eadem parte se exintegro intromittet inperpetuumque possidebit et sui progenitores hoc addito et prout consuetudo in partibus Polonie hactenus observat
quod si est aliquis propinquior ad dictam hereditatem obtinendam post eandem redimere in dictis quinquaginta marcis grossorum. Nos vero de consilio baronum nostrorum statuimus
termini infra spacium unius anni si esset aliquis propinquior ad dictam hereditatem ipsam redimat in dictis quinquaginta marcis grossorum. Uno anno elapso et termino per nos assigna-
to ad redimendam dictam hereditatem propinquiori si esset aliquis et ad hoc duobus annis subsequentibus elapsis venientes ad nostram et nostrorum baronum presenciam predictus
Nicolaus de Thopola cum uxore sua est nobis humiliter supplicaverunt ut dictam assignacionem et resignacionem dicte hereditatis uxori sue predicte Felicie factam dignaremur nostro
sigillo et appensione nostri regio confirmare cum nullus predictam hereditatem redemit in dictis quinquaginta marcis grossorum infra tempus prefixum. Unde nos supplicacionibus pre-
dictarum dominarum Wisenege et Stanislaue domini Nicolay de Thopola acclinati considerantes eciam quod nullus est propinquior ad dictam hereditatem tenendam et ipsam nec
redemit in tam prefixo tempore nisi ipsa Felicia et sui progenitores predictam donacionem resignacionem et assignacionem predictarum dominarum Felicie factam ratam et gratam
habentes predicto Nicolao et uxori sue ac progenitoribus ipsorum tenendam habendam et possidendam perpetuis temporibus presentibus confirmamus et appensione nostri sigilli regalis
roboramus. Datum et actum in Wislicia die dominica post octavam beati Adalberti sub anno nativitatis domini M° CCC° quadragesimo primo. Presentibus nobilibus
viris dominis Spicimiro castellano Cracoviensi Ostugio palatino Sandomiriensi Zbigneo cancellario Cracoviensi Petro castellano Sandomiriensi Andrea Radomiensi et Vlasio
Woyniensi castellanis et aliis multis



1341

1341.

[illegible]

List K J M Kazimirza
ktori swiadczy z Brzegu [illegible]
miedzi [illegible] byly Krolestwem